Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39279
Copyright: Kremsmünster, Benediktinerstift



oculos meos ne videant vanitatem: in via
tua vivifica me. Statue servo tuo eloqui
um tuum: in timore tuo. Amputa opprobri
um meum quod suspicatus sum: quia iudi
cia tua iocunda. Ecce concupivi man
data tua: in equitate tua vivifica me. Vett.
Et veniat super me misericordia tua
domine: salutare tuum secundum eloquium
tuum. Et respondebo exprobrantibus mihi
verbum: quia speravi in sermonibus
tuis. Et ne auferas de ore meo verbum veri
tatis usque quaque: quia in iudicijs tuis sper
avi. Et custodiam legem tuam semper:
in seculum et in seculum seculi. Et ambulabam
in latitudine: quia mandata tua exquisi
vi. Et loquebar de testimonijs tuis in con
spectu regum: et non confundebar. Et medi
tabor in mandatis tuis quae dilexi. Et le
vavi manus meas ad mandata tua quae